f.
Num.° 30.

Letre Regal per la qual Lo Se=
nor Rey atorga Licencia de Vendre, e,
mesurar, e, pesar en casas proprias
sens pagar Lo que solien pagar.

Nos Jacobus Dei gratia Rex Majoricarum Comes Rossi=
lionis et Ceritanie, et Dominus Montispesulani Ad suplicatio=
nem Juratorum Insule Minoricarum, omnibus et singulis il=
lic nunch vel in antea habitantibus concedimus de gra=
tia speciali quod possint in domibus suarum habitationa
mensurare cum mensuris propriis Justis et legitimis ven=
denda per eos, et emenda ad pondus Justum, et legiti=
mum in habitatione vendentis Insularis ibi recipere sine
solutione eorum que pro ponderre vel mensura sunt per
illos solita prestari ibidem; Sic tamen quod nullus ex=
traneus cum pondere eorum de dicta Insula vel non emen=
da recipiens aut vendenda per eos mensuris propriis vel
nostris aut tradentis conInsulares ibi mensurando cum
mensuris alterius sui conInsularis vel nostris aut ad pon=
dus alterius quod sui conInsularis ei vendentis recipiendo,
debeant a prestatione eadem excusari hec itaque per
quoscunque nostros officiales quousque constet de voluntate
nostra contraria, observari volumus et Jubemus Dat. in
Civitate Majoricarum tertio nonas octobris anno a Nati=
vitate Domini Millesimo trecentesimo trigesimo sexto.
P. R.

Concordat cum suo originali registro recondito
in Archivo domus Ill.is Univ.tis Insule Minoricarum
de quo fidem facio Ego Not.s ac Scrib. infrascriptus
sigillum que appono die 30 Maij 1718 de m.to
Ad.m Mag.cor. Juratorum predictorum
Stephanus Baines Not.s ac Scrib. R.
Univ.tis Insule Minoric.m

Arxiu Comtat de Torre-saura

Arxiu Comtat de Torre-saura

Arxiu Comtat de Torre-saura